



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

171. Ne Clerici vel continentes ad virgines ingrediantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Ut Abbatissa de monasterio non egrediatur.  
*Ex Concilio Mogonciacensi cap. XVI.*

Concil. Mo-  
gunt. sub.  
Rhab. c. 16.  
Burchard. lib.  
8. c. 80.

C L X V I I I . Abbatissa nequaquam de  
monasterio egrediatur nisi per licentiam Epil.  
copi sui , nisi fortè regali jussione cogatur. Et  
si quando foras pergit , de sanctimonialibus  
quas secum dicit curam maximam habeat, nulla eis detur occasio peccandi.

Quid agere debeant sanctimoniales.  
*Ex eodem.*

Concil. Mo-  
gunt sub  
Rhab. c. 16.  
Burchard. lib.  
8. c. 77.

C L X I X . Sanctimoniales in monasterio  
constitutæ habeant studium in legendō & in  
cantando , & horas canonicas sollemniter pa-  
riter celebrent , & omnes , exceptis quas in-  
firmitas tenet , in dormitorio dormiant , &  
omnibus diebus ad Capitulum & collationes  
veniant , & regulam à sanctis patribus illis  
constitutam diligenter observent.

De cautela sanctimonialium. *Ex Concilio  
Hispalensi.*

Concil. His-  
pal. 2. c. 11.  
Burchard. lib.  
8. c. 53.

C L X X . Hæc circa omnes cautela ser-  
tur , ut remoti à peculiaritate virginum , nec  
usque ad vestibulum habeant accedendi fami-  
liare permisum. Nec ipsis qui præest cum sola  
conloqui debet , sed sub testimonio duarum  
aut trium sororum , ita ut rara sit accessio , bre-  
vis locutio.

Ne Clerici vel continentes ad virgines in-  
grediantur. *Ex Concilio Carthaginensi.*

Concil. Car-  
thag. 3. c. 25.

C L X X I . Ut Clerici vel continentes ad

DE ECCCLESI. DISCIPLINIS. 275  
viduas vel virgines, nisi ex ius*f*u aut permis*s*  
Episcoporum aut Presbyterorum, non acce-  
dant. & hoc non soli. sed nec ip*s*i Episcopi &  
Presbyteri. sed ubi Clerici præsentes sunt, aut  
aliqui graves Christiani.

De corruptis sanctimonialibus. *Ex epistola  
Innocentij Papa.*

CL X X I I . Quae in Christo spiritualiter hu-  
bunt, si postea publice nupserint, vel se clan-  
culo corruperint, non eas admittendas esse ad  
agendam pœnitentiam, nisi is cui se junxerat  
de mundo recesserit. Si enim de hominibus  
hac ratio custoditur, ut quae vivente viro al-  
teri nupserit, adultera habeatur, nec ei agen-  
da pœnitentiæ licentia concedatur, nisi unus  
ex his fuerit defunctus, quanto magis de illa  
tenendum est quae ante immortali se sponso  
conjunxerat, & postea ad humanos amplexis  
transmigravit.

Decreta In-  
noc. I. c. 19.  
Haligar. lib.  
4. c. 19.  
Furchard. lib.  
8. c. 13.

De secularibus viduis. *Ex Concilio  
Meldensi lxxi.*

CL X X I I . Ut illae quae quasi sanctimo-  
niales sub velamine religionis degere viden-  
tur, sed potius in delitiis viventes mortuæ in  
divinis oculis computantur, provincias discur-  
rentes, curiosè & verbosè, si libidinibus cete-  
risque carnalibus desideriis & voluptatibus  
infervire accusantur, si manifestè detegi po-  
tuerint, episcopali auctoritate & regia pore-  
state in talibus locis residere sub testimonio re-  
ligioso cogantur, ubi pœnitentiam si fecerint  
dignam, assequantur etiam fructuosam. Si au-

Concil. Meld.  
c. 70.  
Burchard. lib.  
8. c. 50.  
1. Tim. 5.

S ij